

cessionaliter in quadam machina super humeros sacerdotum. (S. R. C. die 2 aug. 1631.)

Dubium. An nonobstante quacumque in contrarium consuetudine intangibile sit jus celebrantis in solemnitate SS. Corporis Christi aemper per se deferendi in publica supplicatione SS. Eucharistiæ sacramentum? — R. Affirmative juxta alias decreta. (S. R. C. die 3 aug. 1839.) — Consuetudo tanquam abusus eliminanda, ut in una eademque supplicatione SS. sacramentum deferatur per plures sacerdotes qui sibi invicem succedunt. (S. R. C. die 22 maii 1841.)

S. R. C. censuit servanda esse cæremonialis præscripta, et semel tantum elargiendam esse populo benedictionem in fine processionis. (Die 11 maii 1652.)

Non toties pausatio fiat et benedictiæ elargiatur, quoties altaria occurrant, sed semel, vel iterum, et altaria per viam extracta sint decenter ornata. (S. R. C. die 23 sept. 1820.)

Non licet celebrare missas in altari. . . . exposito in eodem SS. sacramento, præsertim si adsint alia altaria, in quibus celebrari possit. (S. R. C. die 9 aug. 1670.) — Dubium. Utrum servari possit consuetudo. . . . celebrandi sacrosanctum missæ sacrificium in eodem altari, in quo publicæ fidelium venerationi est expositum SS. eucharistiæ sacramentum? — Resp. *Consuetudinem tanquam abusum eliminandam.* (S. R. C. die 11 mart. 1837; apud Gardellini, tom. viii, n. 4662.)

Non debet cantari, nec celebrari missa in altari, in quo expositum est SS. eucharistiæ sacramentum, nisi pro eo reponendo. (S. R. C. die 13 jun. 1671.)

Clara est prima pars hujus sanctionis quæ jubet, ne ad altare, in quo expositum est sacramentum pro oratione 40 horarum, celebrentur missæ, nisi pro expositione et repositione. Cur autem hoc? ut populus unice sit adorationi intentus. (Instructio Clementis XI, apud Gardellini, tom. vi, part. 2, pag. 66.)

Si ex universali lege missæ quæcumque vetantur in altari, ubi est expositum SS. sacramentum, eo ipso sacræ Eucharistiæ distributio eodem in altari vetita censenda est; nam in alio altari SS. Eucharistia asservari debet, ut fidelibus possit distribui, atque ita universali lege servata satisfat pietati ac devotioni, cui ipsa Clementina instructio plenissime consuluit (Note du continuateur de Gardellini, tom. vi, pag. 163.)

Lex autem quæ vetat celebrari alias missas præter duas recensitas (pro exponendo et reponendo) in altari expositionis, nedum obtinet in oratione 40 horarum, verum etiam extenditur ad alias omnes, quæ per annum fiunt. (Clemens XI, *In instruc. jam citata*, pag. 67.)

Missa expositionis et repositionis SS. Sacramenti pro oratione

qua  
est  
D  
Om  
In  
va c  
In  
3. 4.  
cost  
et O  
cum  
tioni  
ad In  
M  
offici  
tione  
colle  
nula  
dicer  
or. d  
Bene  
  
Du  
se sit  
vero  
Resp  
dam.  
me, n  
Lic  
funic  
admis  
illud  
ponse  
Inse  
ex cor  
XVI,  
laire;  
Pro  
recitar  
génér  
D'a  
Magn  
que la  
qu'il y  
peut a  
me de